



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Divortiis. Titvlvs XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Clemens a III. Papa Florentino Episcopo.

Videtur b nobis: [i & infra.] Quod parentes, fratres, & cognati utriusque sexus, in testificatione suorum ad matrimonium conjugendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes proximiores, admittuntur: quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum etiam ex recitatione majorum scire laborat, qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse: ita ut si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur e pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminibus causis & contractibus verum est. In matrimonio vero conjugendo & disjungendo ex ipsius conjugii prerogativa, & quia favorabilis res est, congrue admittuntur.

[3 Quod secunda quam contra prohibitionem ecclesia duxit, non sit uxor, etiam si primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictionem & ordinem ecclesie factum est, ratum non haberi tanquam inordinatum, tam divina quam humana lege auctoritas proclamat. Quia igitur ea quam inordinatè superduxit prohibitionis remittente uxor non est, cogendus est eam recipere, quam iuravit & desponsavit, atque ex ea prolem genuit: ut iuramenti religio non calpendatur, & fides adinvicem conferretur promissa, & proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occasionem pererandi, & alius decipiendi, asserere non valeant.]

CAP. IV.

Inventa desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium auditur.

Idem.

Insuper d adjecisti, quod aliquis cum quadam innubili puella contraxit: quæ tandem a tatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamavit, asserens se semper ab initio dissensisse, quod per testes probat fama & conversatione præclaros. In hoc itaque casu sentimus, quod adversus matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem sui legitimum annum attingens, cum potuit, minimè reclamavit, sicut enim ante legitimum consensum (qui in duodecimo anno spectatur) potuit dissentire, sic postquam legitimo tempore accedente semel etiam copulæ carnali consentit, ex rati habitatione sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse e.

CAP. V.

Repellitur accessans matrimonium propter questum. Innocentius III. Archiepiscopo, Præposito & Priori sanctæ Mariæ de Alban. Genens. f

Significante g M. de Canula h nostro est Apostolarum declaratum, quod cum N. duxisset legitime in uxorem, S. mater ipsius nisi est matrimonium acculare, ut ab eo pecuniam extorqueret: & licet intellectui suo prava non possint opera respondere, nihilominus vult habere pecuniam, ut ab accusatione desistat.

Cum igitur non sit malitiosus hominum indulgendum: mandamus, quatenus si est ita, ipsam ab accusatione matrimonii repellentes, eidem super hoc silentium imponatis.

a al. Clemens Papa Florentino Episcopo. al. Calixtus Papa Florentino Episc. al. Calixtus III. &c. b Cap. i. tit. de matr. contr. interd. eccles. celebr. in i. comp. refert Grat. sive Paleas. q. 6. c. 2. & Vid. Lansfranc. de Orano in cap. quoniam contra sup. de proba. & Specul. tit. de teste. 4. 1. d Ca. 3. eod. tit. in 3. comp. e induxisset. f de Alban. Ianuan. g Ca. 2. eod. tit. in 3. comp. h Canulla. al. Gemilla. al. Casula.

CAP. VI.

Repellitur ab accusatione matrimonii, qui denunciationem tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignoravit, vel iure deo vo didicisse, & quod non obicit illam malitiosè.

Idem.

Quia in tua diocesi: & infra. Si verò post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodierit in publicum, quando banna secus consuetudinem in ecclesiis edebantur, utrumque suæ debeat accusationis admitti, merito quæri potest. Super quo sic duximus distinguendum, quod si tempore denunciationis præmissis is, qui jam conjunctos impedit, extra diocesim exisset, vel alias denunciatio non potuit ad ejus notitiam pervenire, utputa si nimis inermis fervore laborans, sanæ mentis parvèbatur exitium, vel in annis tam teneris constitutus, quod ad comprehensionem talium, ejus atas sufficere non valeret, sive alia causa legitima fuerit impeditus: ejus accusatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter præsumitur, quod denunciationem publicè factam idem existentem in ipsa diocesi, minimè ignoravit, tanquam suspectus est proculdubio repellendus. Nisi proprio firmiter iuramento, quod postea didicerit ea, quæ obicit, & b ad hoc ex malitia non e procedat: quia tunc etiam si didicisset ab illis, qui denunciationis tempore absuerunt, claudi non debet eidem aditus accusandi: notitiam etsi ab impetitione hujusmodi culpa de silentio illi contracta illos excluderet, iuste tamen amoveatur, cum culpabilis non existat.

DE DIVORTIIS. TITVLVS XIX.

CAP. I.

Homicidium necessarium non privet se conjugii, sed machinatione in mortem conjugii sic.

Ex Concilio apud Vormaciam e.

Si qua mulier f in mortem mariti sui cum aliis consiliata est, & ipse aliquem illorum se defendentem occiderit: potest ipse post mortem uxoris, si voluerit aliam ducere: ipsa autem infideliarum poenitentia illi que sepe conjugii fiet subiecta.

CAP. II.

Conjuges propter alterius crimen non separantur, nisi si propter fornicentur: & tunc dicitur conjugium eum etiam separari.

Alexander III.

Quæritur a nobis: [i & infra.] Nos in quæstione respondemus, quod mulier pro furto vel alio crimine viri sui (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet. Verum si conjugium suum ad infidelitatis maleficium traxerit, a viro poterit separari, ita quod ei nubere alii non licebit: quia licet separatus, semper tamen conjuges erunt. In viris quoque prædictis sententiæ forma servetur.

[1 Utrum mulier pro latrocínio aut qualibet alio crimine a viro suo debeat separari, & alii nubere, & de viro simul nudo prope fuisse, & utrum pro qualibet flagitio possit a conjugio dirigi, & aliam sibi legitime matrimonio copulare.]

CAP. III.

Vir non potest dimittere uxorem sine iudicio ecclesie, etiam pro

a Cap. i. eod. tit. in 4. compilat. alia pars hujus decr. super desponsat. e. cum in tua. b al. ita: & quod ad hoc. c prædicta d De materia hujus tit. vid. Theologus lib. 4. Sentent. dist. 31. & per Sylvestrium in summa verbo, divorcium. e Vormaciam al. Vermeccias. f Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. g Ca. 2. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. sub Alex. III. p. 20. c. 22. h quod autem. eod. Sotum 4. Sent. dist. 37. q. 1.



pro impedimento parentela notorium. Si sponus refert impedi- mentum conjugii, etiam nemine opponente, Episcopus ex officio suo potest de eo inquirere. Si vero impedimentum non est notorium, potest Episcopus ex officio suo matrimonium separare. hoc secundo.

Idem Ambianen. a Episcopo.

Porro de Comit. Pontini, qui B. uxorem suam abs- que iudicio ecclesie dimisit, quia eam cognatam fuis- se uxoris defunctae proponit, prudentia tua cognoscat, quod si etiam parentela esset publica & notoria, absque iudicio ecclesie ab ea separari non potuit: quare ipsum ad eam recipendam, quae petit restitutionem ipsius, di- stricte compellas, quam si recipere noluerit, eum & su- perinductam vinculo excommunicationis adstringas. Praeterea de H. qui cognatam suam duxit uxorem, respon- demus, quod non apparentibus a accusatoribus, & paren- tela manifesta seu publica existente (quod credibile non est, nisi essent in primo gradu vel secundo) tui officii in- terest matrimonium illa adhibita gravitate dissolvere, quae illicita contracta noscuntur.

CAP. IV.

Repellitur uxor petenti restituere mariti, si notorie fornicata est, & maritus continet.

Idem.

Significasti, quod quidam uxore sua sine iudicio ec- clesie dimissa, pro eo, quod suggestum sibi fuerat ip- sam incestum cum quodam coniungente suo commi- sisse, vinculo fuit propter hoc excommunicationis adstri- ctus: verum mulier non continet, sed sobolem de alio viro suscepit: nec minus postulat viro restitui, adterens se ab isto iniuste dimissam, & eundem sibi materiam a- dulterae dedit. Consult. t. t. respondit, quod si noto- rium est mulierem ipsam adulterium commississe, ad eam recipendam praefatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium commississe.

CAP. V.

Matrimonium separatur propter adulterium mulieris: & si vir postea fornicatur, redintegratur. Est etiam bonus casus, & multum allegabilis.

Idem.

Ex literis d tuis accepimus, quod V. quandam duxit uxorem, qui paucis temporibus fuere concordet: proponebat enim idem V. quod illam per violentiam sibi illatam metu etiam mediante duxisset: [1 & 7.] Tandem vit uxorem suam super crimine fornicationis in iure convenit, quae nescitur quo ducta spiritu cepit publice confiteri: quod cum vir negaret ei in necessariis provi- dere, crimen compulsus est incurritur memoratum: cumq; diligentius a te fuisset admonita, ne ad suggestionem ali- cuius illud tam turpe contra se proponeret, ipsa id mani- festus adterebat. sane tu convocato capitulo tuo, cum ex eorumdem e consilio utrique privatum continentiam injunxerit observandam, ita quod caste vigerent ab invi- cem segregati: memoratus V. furtim cum alia sponsa- lia & nuptias temere celebravit: verum cum factum in- quirere laborares, supradictus V. seriem rei explicans & exponens, ad audientiam nostram dicitur appellasse. Vn- de frat. t. mand. quatenus, si resita pro-cessit, praxatum virum ad legitimam uxorem redire compellas.

[1 Tu vero una cum capitulo tuo cum tam minus quam admo- nitionibus inter eos sapit pacem confirmare studeres, eos temere se- gregatos pariter reconciliari cogesses.]

CAP. VI.

Si uxor a viro lapsa in haeresim propria auctoritate diverit, ad eum reversionem redire compellitur, secus si per iudicium ecclesie ab eo fuisse separata.

a al. Ambian. b Cg. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. La- teran. sub Alexand. III. per 30. c 25. c C. g. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. par. 6. cap. 14. d Cap. 3. de eland. despons. in 2. compil. e eorum.

Vribanus III. Florentinus Episcopo.

DE illa s, quae viro suo labente in haeresim, ipsius consortium sine iudicio ecclesie declinavit, videntur nobis, quod mulier s maxime si ea intentione recessit, ut lapsus in haeresim tadio pariter & confusione affectus se ab errore suo converteret) cum reverfus fuerit, est ted- denda: quae etiam si reverti noluerit, compellatur. Si vero iudicio ecclesie ab eo recessit, ad recipiendum eam nullatenus dicimus compellendam.

CAP. VII.

Vinculum conjugale non dissolvitur altero conjugum fidelium in haeresim lapsi. Sed si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel sine peccato mortali, solvitur conjugium, & converfus contrahere poterit.

Innocentius III. Ferrariensis Epi- scopi.

QVanto te b novimus in canonico iure peritum: [1 & infra.] Sane tua F. intimavit, quod altero conjugum ad haeresim transeunte, qui relinquitur ad se- cunda vota desiderat convolare: quod utrum possit fieri, per tuas nos duxisti literas consulendos. Nos igitur consul. t. respondentes distinguimus, licet quidam pra- deceffor noster sensisse aliter videatur, an ex duobus in- fidelibus alter ad fidem catholicam convertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in haeresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium conju- gum ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda si voluerit, vota trans- ibit: & in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: frater enim & soror non est servituti subjectus in huiusmodi. Et canonem etiam in quo dicitur e: Contumelia creatoris solvit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur. Si vero alter infidelium conjugum vel labatur in haeresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non d credimus, quod in hoc casu, is, qui relinquitur, vivente altero possit ad secun- das nuptias convolare, licet in hoc casu major appareat contumelia creatoris. Nam etiam matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fide- les autem e verum & ratum existit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in con- jugibus illo durante perduret. Nec obstat, quod a qui- busdam forsitan obijciatur, quod fidelis relictus non de- beat iure suo sine culpa privari: cum in multis casibus hoc contingat, ut si alter conjugum incidatur. Per hanc responfionem quorundam malitiae obviatur, qui in odio conjugum, vel quando sibi invicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent haeresim, ut ab ipsa (nubentibus conjugibus) resisterent. Per hanc ipsam responfionem illa solvitur quaestio, qua quaeritur, utrum ad eum, qui ab haeresi vel infidelitate revertitur, is, qui permanfit in fide, redire cogatur.

[1 Tanto s. t. amplius in Domino commendamus, quod in du- bium quaestorum articulo ad sed. Apostol. recurrit: qua dissonante Domino custorum fidelium mater est & Magistra, ut opinio quam in cu quondam habueras, dum alio canonica iura perstiam edoceres, vel corrigatur per sed. Apostol. vel probetur.]

CAP. VIII.

Paganus juncti in gradu prohibito lege canonica tantum, converfi ad fidem, non separantur. hoc primo. Si paganus prius plures uxores habebat, post fidem susceptam adhaereat prima. hoc secundo. Et si repudiata uxore cum secunda contraxerit, etiam post baptismum

a Cap. s. eod. tit. in 1. compil. b Cap. s. eod. tit. in 3. compil. c Hoc dicit B. Ambrosius episcopi ad Corin. 7. d Vid. Concil. Trid. Sess. 24. de sac. matr. can. 5. e In uno aut altero C. ratum & fir- mum existit.

dimittet secundam, & adhaerebit prima repudiata, etiam si repudiata cum alio contraxisset: si fornicata fuisse, hoc tertio.

Idem Tiberiaden. a Episcopo.

GAudemus b in Domino: [1 & infra.] Vtrum pagani uxores accipientes in secundo vel tertio, vel ulteriore gradu sibi conjunctas, sic conjuncti debeant post conversionem suam infimul remanere, vel ab invicem separari, edoceri per scriptum Apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus, quod cum sacramentum conjugii apud fideles & infideles existat, quemadmodum ostendit Apostolus c dicens: Si quis frater infidelem habet uxorem, & hæc consentit habitare cum eo, non illam dimittat: & in præmissis gradibus a pagano quoad eos matrimonium licitè sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arcantur: (quid enim ad nos, secundum Apostolum d eundem, de his quæ foris sunt, judicare?) in favorem præferim Christianæ religionis & fidei, à cujus perceptione per uxores se deferunt viri, possunt facile revocari: fideles hujusmodi matrimonialiter copulari libere possunt, & licitè remanere conjunctim, cum per sacramentum baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur. Quia verò pagani circa plures infimul fœminas adfectum dividunt conjugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitatur: [2 & infra.] Verum absolum hoc videtur, & inimicum fidei Christianæ, quum ab initio una costa in unam fœminam sit conversa e: & scriptura divina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: non dixit tres vel plures: sed duo: nec dixit, adhaerebit uxoris: sed uxori: [3 & infra.] Nec ulli unquam licuit infimul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelatione concessum, quæ mox quandoque, interdum etiam fas censetur: per quam licit Jacob à mendacio, Israël à furto, & Samson ab homicidio, sic & Patriarchæ scilicet viri justii, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica hæc sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Evangelio f: Quicumque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo uxor dimissa, ducialis de jure non potest, fortius & ipsa retenta: per quod evidenter apparet pluralitatem in utroque sexu, cum non ad imparia judicentur, circa matrimonium reprobandum. Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licitè poterit aliam etiam ad fidem Christi conversus habere, nisi post conversionem ipsius, illa teneat cohabitare cum ipso, aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia creatoris, vel ut eum petrahat ad mortale peccatum: in quo casu restitutionem petenti, quamvis de injusta spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundum Apostolum g frater aut foror non est hujusmodi subiectus servituti. Quod si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellitur. Quamvis quoque secundum Evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur: non tamen dimissus poterit obijcere fornicationem dimissæ, pro eo, quod nupsit alii post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata.

[1 Et in potentia virtutis ipsius, & patri luminum, à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, uberes gratiarum exsolvimus actiones: quod sicut nobis tunc literis intimasti dieb. istis novissimis, ille qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis

a Tiberiaden. b Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat. c 1. Corin. 7. d 1. Corin. 4. e Genes. 2. & 3. f Mattha. 19. & Luca 10. g 1. Corin. 7.

convertatur & vivat, ut ad Christianam veniant fidem, multum cordibus instravit, & quoniam uxores acceperant in secundo vel tertio, vel ulteriori gradu sibi conjunctas.]

[2 Quia vero tam Patriarcha quam alii justii viri ante legem pariter & post legem multas uxores infimul habuisse leguntur: nec contrarium apparet in Evangelio vel lege præceptum: neque pagani subijciuntur canonicis institutis post inventum, quemadmodum est præmissum: videtur quod nunc etiam iuxta ritum suum licite contrabant cum diversis, quorum conjunctioes legitimas vult fieri baptismati non dissolvit, & ita Patriarcharum exempli ad fidem Christi conversi pagani, conjugiarum pluralitate gaudent.]

[3 Unde Lamech qui plures uxores infimul legitur habuisse, reprehenditur in scripturis, eo quod ipse primus reprobam legem speciem introduxit. Licet autem de hujusmodi non quisquam volens: tamen tam te quam alios super his etiam reddere ceteris, & quod veritas prævaleat falsitati, sine dubitatione qualiter præferatur quod.]

CAP. IX.

Non licet relictam fratris in uxorem accipere: & de falsitate separanda est, nisi aliter ecclesia dispenserit.

Idem Livonien. Episcopo, & eis qui cum ipso sunt fratres.

DEUS a quæ ecclesiam suam b: & infra. Quia si par c est ritus in Livonien. ecclesia de novo ad fidem catholicam conversorum à nostro, propter infirmitatem gentis ejusdem concedimus, ut matrimonii contractis cum relicta fratrum utantur, si tamen (sicut tribus decedentibus sine prole, ut semen defuncti iuxta legem Moisaicam suscitarent) cum talibus contraxerint, ne tales sibi de cætero postquam ad fidem venerint, copulent prohibentes.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM & UXOREM, & DE DOTE POST DIVORTIUM RESTITUENDA.

TITVLVS XX.

CAP. I.

Separato licitè matrimonium, dote restituenda est.

Ex Concilio habito apud Wormaciam.

Mulieres cum d pro aliqua licita causa à propriis viris fuerint separatæ, totam dote præcipuum sibi reddi.

CAP. II.

Soluto matrimonio cogitur vir dote restituere, & bona decedentis, quæ communiter eis obvenierunt.

Urbanus III. Decano, cantori & capitulo Lexon.

Significavit P. mulier e, quod H. quem loco viri tenebat, divortio inter eos solenniter celebrato, dote suam illicitè detinet, & reddere contradicit: possessiones etiam, quæ ipsis dum simul viverent, cujuscunque contractus titulo communiter obvenierunt, ea prius exclusæ sibi nititur vindicare. Ideoq; mandamus, quatenus si ita est, & non est aliud quod obstat, ipsum ad restitutionem dotis, & divisionem eorum, quæ olim communiter habuerunt, districtè eccles. compellatur.

a Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. b infra. de parit. & remissis. c aliàs ita: Quia dispar est ritus in Livon. ecclesia de novo, &c. sed in veteribus exemplarib. legitur, ut est impressum. d Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. Later. sub Alex. III. par. 30. l. 4. e Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. 14.

CAP.